

quedam approbantur^{vv)}, quedam vero reprobantur^{ww)}, hic in ipso operis initio^{xx)} ponere volui, ut lector inter autentica et apocripha discernere sciat, sicque rationis arbitrio, quod voluerit, eligat, quod noluerit, relinquat.

c. 13^{yy)}. De libris autenticis^{zz)}

Sancta^{a.b.70)}, inquit^{c)}, Romana Ecclesia nullis synodis^{d)} constitutis ceteris ecclesiis prelata, sed Ewangelica voce Domini et Salvatoris nostri^{e)} primatum obtinens dicentis: Tu⁷¹⁾ es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Post Propheticas et Apostolicas^{f)} et Ewangelicas^{g)} Scripturas, quas regulariter suscipimus^{h)}, quibus Ecclesia Catholica per gratiam Dei fundata est, has etiam suscipi non prohibet, videlicet sanctam Synodum Nicenam mediante maximo Constantino Augusto celebratam, in qua Arrius hereticus condempnatus est; Synodum Constantinopolitanam mediante Theodosio seniore Augusto, in qua dampnatus est Macedonius; Synodum Ephesinam primam mediante Cyrillo Alexandrino episcopo et Archidio^{h.72)} episcopo ab Ytalia destinato, in qua Nestorius condempnatusⁱ⁾ est^{j)}; Synodum Calcedonensem mediante Marciano Augusto et Anatholio^{k)} Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana et Euticiania heresis simul cum Dioscoro^{l)} eiusque complicibus dampnate^{m)} sunt⁷³⁾; opuscula quoque beati Cypriani Cartaginensis episcopi et beati Basilii Capadocensis, Iohannis Constantinopolitani⁷⁴⁾, Theophili Alexandrini, Hilarii Pictavensis, Ambrosii Mediolanensis, Augustini Yponensis, Ieronimi presbyteri, Prosperi viri religiosissimi⁷⁵⁾ epistolam Leonis pape ad Flavianum Constan-

^{vv)} reprobantur R ^{ww)} approbantur R ^{xx)} principio DR
^{yy)} 14 D; 11 R ^{zz)} autenticis H₁H₂H₄H₅N₁N₂D ^{a)} geht voraus:
 Ait ergo papa Gelasius D ^{b)} facta H₅; ^{c)} fehlt D ^{d)} sinodocis
 H₁H₂N; synodicis H₃H₄H₅ ^{e)} fehlt H₄ ^{f-g)} Ewangelicas et
 Apostolicas D ^{h)} accipimus suscepimus N₂ ^{h)} Archadio D
^{i-j)} est condempnatus N₃D₂D₃ ^{k)} Anthologico N₃ ^{l)} Discoro D
^{m)} condempnate R

⁷⁰⁾ Der Text folgt dem Decretum Gratiani. Zur Erläuterung empfiehlt sich aber die Ausgabe von Dobschütz S. 29ff.

⁷¹⁾ Matth. 16, 18.

⁷²⁾ Arcadius war einer der drei päpstlichen Legaten in Ephesus.

⁷³⁾ Es handelt sich um die Beschlüsse der vier ersten ökumenischen Konzilien. In der ursprünglichen Fassung des Dekrets fehlte das Konzil von 381, weil es erst spät von Rom anerkannt wurde.

⁷⁴⁾ Johannes Chrysostomos.

⁷⁵⁾ Von den 12 Kirchenlehrern im Dekret sind 9 übriggeblieben, 3 östliche wurden gestrichen.